

Martin Friese Johannes Nikolaus Jonsius

... Continuatio Argumenti Exegetici De Usu Et Abusu Graecorum In Primis Scriptorum : In Illustrandis Novi Foederis Vocabulis Et Dicendi Modis

Kiliae: Bartschius, [1744]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn845403168>

Druck Freier  Zugang





cl. B.
48. 6. 91.

58

278

Fa-1092 (58.)

1) Philipp Hen. Frommanus Disputatio Anti-
 Barbiana
 2) Carl Guillelms Schramacher de tribu
 de Hebraeorum apud veteres praesertim
 3) Dan. Formis Theses philosophicae et
 atque Polimbokio oppositae
 4) M. Gott. Georg Gott. Bren Disputatio
 circa Lyriani a quoque Tertulliani episto-
 rum adversus Stephanum & Sanae de cre-
 tum de haereticorum baptismo in
 as oppositas Raymundo Ursorio qui
 fitioni subicit
 5) Jac. Nic. Heiler Disputatio philosophica
 Theologica de curatore brutorum
 6) M. Georg. Fr. Griesinger Disputatio
 qua de curatore brutorum
 7) Fr. Adam. Ellor Disputatio
 sine Evangelicae male imputatur
 8) Joh. Nic. Solfio Continuatio argumenti
 exegetici de usu et abusu Graecorum in
 primis scriptorum
 9) Joh. Ernst Florcken Abhandlung von
 dem Wohlstande der
 10) Joh. Carl. Christoph. Terber Disputatio
 am pueri sine argumentorum

11) M. Abr. Goldlayer Disputatio qua
 iure sanctificatio diei dominici ex ora-
 culis V. F. adferatur
 12) Paul. Christ. Grentz Disputatio historico-
 critica qua dogma concilio Niceno
 non praesertim ostenditur
 13) Carl. Bened. Schneider Disputatio
 exegetica qua historiam primae de baptis-
 mo controversiae exponit
 14) Jo. Christ. Broestel Novitatem regimini
 monarchici in ecclesiam uni versam
 15) M. Christ. Henr. Engelhard de de vitiorum
 verborum Chamaenii Syri prolegomena (pars I)
 16) Christoph. Ferd. Grot de de vitiorum
 verborum Chamaenii Syri prolegomena (pars II)
 17) Joh. Bened. Carpzovii se hebraica histo-
 rico- polemica de pericopi Evangelicorum
 et epistolarum non temere subrogandis
 18) Joh. Dan. Fr. Donner Disputatio Theo-
 logica de vocatione Dei ad salutem variis
 eius gradibus et graduum rationibus
 19) M. Carl. Dietel Wsbe Disputatio Theologi-
 ca de vera vita fidei iustificantis
 20) Joh. Riehberger Disputatio historico- Theo-
 logica de aqua baptismi pontificorum
 21) Joh. Carl. Karrepeteri Disputatio histori-
 ca de ortu IV. Imperatoris Galliarum
 22) Guil. Henr. Bieler de cavendo ab
 summi juris Naturae principiis per
 de Disputatio
 23) Joh. Adam. Emmerich Disputatio qua anti-
 quitates okenhuni litterariae exponuntur

2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50

- 24 Petr Torshäl Dubia de principiis
philosophiae recentioris
- 25 Jo. Frid Balback de Cassel Tata du
catus Alemaniae et Suerriae
- 26 Joh. Alth. Tischer ex jurisprudentia na
turali hincumque locum de legibus genera
tum tractat
- 27 M. Gottlob Frid Guiriu dialabe historica
critica de Jurisconsultorum meritis in feri
thram sacram
- 28 Henr. Alth. Strass. Unde de fine bonorum
quatenus ille quidem humana potest ra
tione consistit
- 29 Joh. Ludov. Rothmann dissertatio de ratione
- 30 Georg. Godofr. Zerniseh pro comprehen
sione in sextum scepticum commentatio
- 31 Georg. Ernst Finkler sacra et illustri
sodalitas b. Mariae virginis in mode
ad veteri Brandenburgum
- 32 Adae. Foerster et Jo. Petr. Luewig
historiam principatus Strassburgensis
et fata eius nouissima sub Guilihelmo
tertio explicant
- 33 Godofr. Bloncquet dissertatio de illa
terralibus
- 34 Joh. Paul. Schwab. de Elia Lenda
Germano dissertatio
- 35 Joh. Dan. Rulter historiae praeteri
tinae ut origine dignitate ad Constan
tiam et hunc est
- 36 Conrad. Rahmmacher disserta
tio moralis sistens exactam generalem
scientiarum moralium divisionem
- 37 Joh. Wendel Hummet et Joh. Christ
Bernhard dissertatio philosophica
de notione obligationis
- 38 Joh. Petr. Oberlander de missis domi
nicis pontificis Romani iudiciis
dissertatio historica
- 39 M. Phil. Chr. Wolffii commentatio
de auctoritatibus diuinae uocatum
et accentuum originis in V. Jeneribus

באלהים
CONTINUATIO
ARGUMENTI EXEGETICI
DE
USU ET ABUSU
GRÆCORUM IN PRIMIS
SCRIPTORUM,
IN ILLUSTRANDIS NOVI FOEDERIS
VOCABULIS ET DICENDI MODIS,

QUAM
DISSERTATIONE FRIDERICIANA
DENUO PROSEQUITUR,

ET
PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBJICIT
DIE XIX. DECEMBRIS MDCCXLIV.

D. MARTINUS FRISIUS,
ACAD. PRO-CANCELLARIUS ET PROF. THEOL. PRI-
MARIUS, NUNC ORDINIS SUI DECANUS.

RESPONDENTE
JOANNE NICOLAO JONSIO,
SS. THEOL. CULTORE.

KILIÆ,
LITTERIS GOTTFR. BARTSCHII, ACAD. TYPOGR.

CONTINATIO
ARGUMENTI EXECUTICI
DE
USU ET ABUSU
GRÆCORUM IN PRIMIS
SCRIPTORUM
IN ILLUSTRANDIS NOVI FŒDERIS
VOCABULIS ET DICENDI MODIS

QUAM
DISSERTATIONE FRIDERICIANA
DENUO PROSEQUIATUR
PUBLICE DISQUISITIONI SUBJICIT
DIE XVII DECEMBRIS MDCCLXXII
D. MARTINUS FRISIUS
ACAD. PRO-CANCELLARIUS ET PROF. THEOL. PRÆ-
MARIUS, JUNIOR ORDINIS SÆCULARIS

RESPONDENTE
JOHANNI NICOLAÛ JONGIO,
SÆCULARI THEOL. GOTTFR.
KILIA,
LITTERIS GOTTFR. BARTSCHII ACAD. THEOL.

CONSPECTUS GENERALIS.

S. I. Introitus exhibetur, item Status questionis exegetica.

S. II. Usus graecorum scriptorum in expellendis quibusdam fictis Ebraismis; ob hanc operam laudatur SIGISMUNDUS GEORGIUS.

Modestus ab ipso dissensus in nonnullis.

Caute & circumspecte hic locutus est b. RAPHELIUS.

S. III. Graeca particula $\epsilon\iota$ in iurejurando absolute negans exquisite respondet $\Delta\alpha$ Ebraeorum ER. SCHMIDIUM recte reprehendit b. WOLFIUS ob male intellectum locum EURIPIDIS.

Cel. GEORGIUS hic ex scriptoribus graecis nullum adfert exemplum.

S. IV. Integra phrasıs: $\zeta\eta\tau\epsilon\upsilon\tau\eta\nu\ \psi\upsilon\chi\eta\nu$: arte est retinenda, nec ullo modo mutilanda.

Locus HERODIANI, ad quem obscure NB. provocat cl. GEORGIUS (verba enim hujus scriptoris graeci non producit) a nobis diserte in medium profertur, & quod probandum non probet, demonstratur.

Vis significandi non consistit in solo verbo $\zeta\eta\tau\epsilon\upsilon$, sed in integra locutione $\zeta\eta\tau\epsilon\upsilon\tau\eta\nu\ \psi\upsilon\chi\eta\nu$.

S. V. $\epsilon\iota\sigma\epsilon\gamma\chi\epsilon\delta\alpha\iota$ $\kappa\alpha\iota$ $\epsilon\zeta\epsilon\gamma\chi\epsilon\delta\alpha\iota$ indicat eo fungi publico munere.

LXX. Interpretes hic non possunt loco externorum script. graecorum, testimonii loco adduci.

Cl. GEORGIUS in suis vindiciis de hac locutione nihil dicit.

S. VI. Sermo est in genere de distinctione GEORGII inter Ebraismos rat. originis, & Ebraismos rat. usus, ita dictos.

NB. Ipse Spiritus S. in Novo Fœdere graece loquens est graeca litteraturae iudex, non vero profani scriptores graeci.

S. VII. Ineptos & improbos stilæ graeci N. F. accusatores non tantum jure increpat, sed etiam rectius edocet Tac. Haj. HONERTUS.

NB. HERODOTUM ex N. T. inversa ratione, aliquando illustravit b. RAPHELIUS, sine dubio præter opinionem omnium id genus criticorum.

S. VIII. Religiosum & submissa
mentis Lectorem requirit gra-
cus N. F. stylus.

Egregium HENRICI STE-
PHANI monitum.

S. IX. Usus graecorum scriptorum
in demonstrandis interdum
nonnullis antiquitatibus gra-
cis, qua in scriptura N. T. vel
ερωτας vel κατα διανοιαν in-
dicantur, cujus generis sunt:
Certamina Olympiaca, πωπο-
πλια graecorum, vocatio ite-
rata per κλητορα, discrimen
inter ιματιον & χιτωνα, va-
ria denique & detestabilia
apud graecos lugendi gene-
ra &c.

S. X. Sermo est de abusu anti-
quitatum in genere.

S. XI. Abusus rat. illustrationis
dicti Jo. III, 4.

S. XII. Fabula commentitia non
sunt tales, ut inde mysterio-
rum divinorum utilis fieri
possit illustratio.

Ingens committitur abusus
rat. illustrationis verborum
Jo. V, 19. ex fabula de Jove
& Minerva.

S. XIII. Eandem fere cum Cl.
ELSNERO cantilenam canit
CHR. BRUNINGS, cum pu-

taverit, mysterium Patris &
filii in divinitate, nugis istis,
de Pallade seu Minerva, ex
vertice Jovis nata, illuminari
posse, addendo, perpetua vir-
ginitati Minerva egregie qua-
si comparari caelestis sapien-
tia, nempe Christi, encomium.
En sermones nullius ponderis
& nullius pretii.

Optandum, ut Cl. BRUNING-
SENIUS etiam legisset, qua
apud HOMERUM illiad. E de
Minerva, demente & inobe-
diente Jovis filia, litteris sunt
consignata.

Errat et vehementer errat BRU-
NINGSSENIUS, arbitratus
Jacobi III, 17. de Sapiaentia
hypostatica, seu filio Dei, esse
sermonem, aliter docet ibidem
scopus, & contextus Apostoli.

S. XIV. Abusus rat. illustratio-
nis, dicti ad Gal. III, 3. & ve-
rus, contra, hujus oraculi
sacri sensus demonstratur.
Quod vero a nonnullis tam
vetustis, quam recentioribus
interpretibus contenditur, hic
quasi ad mysteria Cereris allu-
di, est absonum & obtortum,
nec etiam κατ' αυθαρτων lo-
quendo, locum invenit.

I. N. J.



I. N. J.

S. I.



Etiam si, quæ in prima dissertatione de hoc
 argumenti genere in medium protuli,
 moniti quidem loco potuissent sufficere,
 quum viri subacti præditi iudicio, &
 exquisita instructi scientia, nec ad blan-
 ditias & assentationem eruditi, abusum, de quo sermo
 est, facile perspiciant, nihilominus tamen eorum præ-
 fertim in gratiam, quibus veritas curæ magis cordique
 est, quam prætenfa quædam auctoritas nonnullorum id
 genus scriptorum, qui, auri & argenti loco, sapissime
 fœnum, lignum atque stîpulas, exhibent imo obtru-
 dunt, institutum meum, DEO iuvante, persequar, ita
 tamen, ut temporis rationem subducturus intra limites
 dissertationi convenientes subsistam, & illa, quæ nunc
 differenda sunt, in pauca conferam, reliquis, quæ in-
 super in amplissima hac materia fusc lateque dici pos-
 sunt, in aliud tempus rejectis. Digladiantur interim
 pro sua in hoc dicendi genere tantopere affectata fama,
 qui tumultuarias subinde congefserint profanæ dictionis obser-

28
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

observationes; Clamitent, sibi templa, altaria & statuas esse ponendas, impleant denique totum orbem vano rumororum strepitu, parvi vero ducunt hæc omnia omnes illi, qui ad eloquentiam divinam, in sacris annalibus majestate, copia, & elegantia dictionis undique fulgentem, paulo diligentius, nec perfunctorio studio attendunt animos, bene gnari, quam pulchrum sit & necessarium, circumspectius cavere, ne ulla unquam ratione gloria illa, quæ stylo Spiritus sancti, ejusque divinæ auctoritati unice debetur, profanis temere & confuse tribuatur scriptoribus. Quod vero ad rem ipsam attinet, quæritur in hoc ipso argumento, non de vera & exquisita comparatione inter sacram profanamque dictionem nonnunquam instituenda, ejusque genuino usu, qui, ut in primo indicavi scripto, laudatur prorsus & commendatur, quoties nimirum ipsa id postulat necessitas, & quoquo modo flagitat, sive in investigandis rariorum quarundam vocum, phrasium & constructionum significationibus idoneis, sive in expellendis quibusdam Novo Fœderi affectis Ebraïsmis, sive ad confundendos quosdam impudentes adversarios, qui Novi Fœderis dictionem, quasi hinc illinc aliquo laboraret sermonis vitio, allatrare, improbisque gannitibus, ut verbis Martialis utar (*), laceffere haud dubitant, præ-

(*) libr. V. epigrammate LXI.

ter plura alia, quæ huc præfertim spectant, aut etiam merito referri possunt. Ceterum, de quo diserte jam quæritur, his continetur momentis. Num, I. N. T. locutiones sacræ divino instinctu afflatuque prolatae & conscriptæ, ratione styli, auctoritate indigent profanorum auctorum, græcæ scribentium? seu num eloquentia divina, in Novo tradita Fœdere, solis vocum significationibus, prout hæ ipsæ apud profanos reperiantur auctores, penitus est circumscribenda, iisdemque ita necessarie alliganda, ut inde demum auctoritatem & fidem dictionis consequatur? Quod statuere ἀτοπον est & inconueniens, imo auribus animisque piis plane absurdum. II. Num in eruendis diversis vocum significationibus contextus sacer, profano græcorum scriptorum contextu, unde in ipsorum scriptis itidem de varietate significationis vocum & phrasium inprimis concluditur, hac in re vilior & tenuior est censendus, ut eandem non ubique vim haberet & potestatem dictionis? Quod proculdubio nemo rerum peritus affirmabit. III. Num ne indignum est, majorem, ut apparet, aduersus profanum græcæ scribendi genus reverentiam adhibere, quam aduersus ipsum Spiritus S. stylum, cujus afflatu divino omnia in sacris litteris, res & verba, πᾶς καὶ τι, egregie sapienterque sunt consignata? Et nihilo tamen secius id ipsum bene multis, qui in libros Novi Fœderis varias

ita

ita dictas divulgaverint observationes, jure imputare licet. Ceterum o! inanes Criticorum quorundam cogitationes, rem velut ad Triarios rediisse sibi persuadentium, quum in verba & phrasas divinius scripturæ inciderint, quarum significatus apud profanos græcos nusquam occurrit; quippe qui non considerant, deficiente etiam ejusmodi testimonio, nihilominus tamen vi contextus sacri, scopi, circumstantiarum, doctrinæque consensus, &c. certam hic esse posse decernendi rationem, præsertim cum apud profanos in locis difficilioribus aliter id quoque fieri nequeat. (Ut nihil præterea jam dicam, ceu antehac & pridem quoque monui, de plane singularibus dicendi modis sacrae scripturæ sæpissime propriis, græcisque auctoribus, qua ethnicis, prorsus omnino ignotis & incognitis.) IV. Numne supervacaneum est & inutile, in hac causa nimium sibi assumere, cunctaque velut ex tripode dicta proferre, imo multa, quæ nihil difficultatis habent, tantummodo, ut diserte apparet, ostentationis causa congerere, & quod præcipuum est, persæpe, ob similem apud scriptores græcos obviam phrasin, stylo Spiritus S. perquam turpiter alienum & peregrinum inferre sensum, etiamsi ipse contextus facer, hujusque prægnantiores circumstantiæ, verus scopus, & doctrinæ harmonia, nec non loca vere parallela, aperte renitantur & longe aliud suadeant.

S. II.

S. II.

Utilitatis, quam speciatim Græci præbent scriptores in expellendis nonnullis Novo Fœderi affectis Ebraismis, valde insignis & excellens est fructus. Testis hujus rei disertus est Vir celeberrimus CHR. SIGISMUNDUS GEORGIUS in suo, de vindiciis N. T. ab Ebraismis, divulgato illustri scripto, prout in prima dissertatione, ejusque pag. 15. id in transitu significavi; Quippe qui multas N. F. dictiones græcas, quibus ebraismi confectio adpersa est, in propriam laudabiliter asseruit libertatem. Dantur nihilominus tamen nonnulla, in quibus de more opponentis aliquantisper ab ipso dissentire licet, nimirum, quod sine omni formidine oppositi cunctos ebraismos ratione usus consideratos (de his enim ipso judice quæstio est (*),) e stylo N. T. profus exterminandos esse contendat, cum ne vel acerrimi quidem ebraismorum oppugnatores id confidentissime dicere sustinuerint, quibus hac in re aliquid tam difficile fuit, ut quærendo haud potuerit investigari. Sat igitur laudis, sat etiam operæ fuisset pretii, si his demum limitibus suas circumscripsisset vindicias, se demonstrasse luculenter, in Novo Fœdere nequaquam tot dari ebraismos, quot hucusque crediderint nonnulli; qua

B quo-

(*) Vindic. N. T. libr. I, c. I. pag. 3.

quoque circumspeditione hic aliquando usus est b. RA-
PHELIUS. (a)

S. III.

Ceterum ut ad ea, quæ quodammodo opponi pos-
sunt, me conferam, apparent etiamnum variæ N. F.
dictiones, quæ ab Ebraïsmis, quoad constat, nondum
accurate & diserte sunt liberatæ. Incipiamus v. g. a par-
ticula *ei*, quæ in jurejurando *Ebr. III, 11. (b) & IV, 3. 5.* ab-
solute negat, hocque modo aperte responderet אֵין Ebraeo-
rum, ut, præter alia, ex *Genes. cap. XXVI, 29.* liqui-
dum est: (c)

אֵין עַמּוֹ רַעָה: unde etiam LXX. interpretes ibidem אֵין Ebr. per
exquisite satis exposuerunt. Opportune igitur celebra-
rimus quondam Hamburgensium Theologus, b. JOH.
CHRISTOPHORUS WOLFIUS (d) hac de re differens,
„hæc, inquit, loquendi ratio magnam ebraïsmi spe-
ciem habet, quæ vereor ut detergatur. ERAS-
MUM deinde SCHMIDIUM ad locum EURIPIDIS in
CYCLOPE confugientem, ubi ULYSSES dicit: *εἰ ψευ-
δομαί*, quod ex interpretatione SCHMIDII idem esset,

(a) In præf. annot. ex Polybio & Arriano:

(b) Conf. in sequ. v. 18:

(c) Ibid. v. præced. 28. dicitur: Sit nunc jusjurandum inter nos,
inter nos & te, &c. *Si*, id est, *ne afficias nos malo.* γ. 29.

(d) Tom. III. *cur. phil. & cfit.* p. 634.

ac & *ψευδομαί*, recte & apposite arguit, eum ad contextum EURIPIDIS non attendisse animum; SILENO enim in colloquio ibidem inffituto respondet ULYSSES: *εἰ ψευδομαί*. Si mentior, tunc sc. male peream, &c. (a) Adeo ut particula *εἰ* in hoc Euripidis loco non aliter appareat, ac in sua prima & frequente significatione. Contendi idcirco potest, particulam *εἰ*, quæ in iurjurandi formulis loco *μη* in Novo interdum usurpatur fœdere, ebraismum præ se ferre, quamdiu ex profanis scriptoribus græcis contrarium non fuerit demonstratum. Et hæc fortasse causa est, quamobrem cel. GEORGIUS neque in suis Vindiciis, neque in Hierocritico hujus particulæ *εἰ* significationis meminerit. In annotationibus vero ad N. T. Græc. (b) dicit quidem: Germanis, *woe sie einkommen sollen*, i. e. non introibunt sec. vers. 18. (c) Quod tamen nihil hic indicat aliud, quam quod voces græcæ *Ebr. III, 11*. ita simpliciter in germanicam transferri possint linguam, a b. LUTHERO nihilominus in sua Versione significantius expressæ; Et quod cl. GEORGIUS ex Græcis scriptoribus hic plane nihil probaverit.

B 2 S. IV.

(a) pag. 485. Cyclop. m.

(b) pag. 639.

(c) l. c. ad *Ebr.* cap. 3.

S. IV.
 Extra controversiam quidem positum est, vocem
 ψυχήν apud profanos auctores græcos æque ac in fonte
 græco N. T. pro vita sapissime usurpari; Sed integram
 phrasin ζητεῖν τὴν ψυχήν eo sensu, quo adhibetur *Matth. II.*
v. 20. (a) atque ebraismum indicare videtur, (b) in pro-
 fanis Græcorum scriptis reperiri nondum evictum est.
 Quocirca ingenue fatetur TOBIAS ECKARDUS (c);
 „ Frustra fortasse apud scriptores græcos quæritur phra-
 „ sis: Quærare animam alicujus, licet vox ψυχή pro
 „ vita adhibeatur, ut vel ex nostro constat ARISTOPHA-
 NE. Clarissimus vero GEORGIUS in suis Vindiciis (d)
 sufficere contendit, apud profanos Græcos dici: ζητεῖν
 τινα, pro insidiari alicui ad mortem, seu mortem alicui
 machinari, pariterque præter alia ad locum quendam
 HERODIANI, libr. II. cap. VI. p. 81. provocat; Cujus
 scriptoris græci verba quoniam non allegat nec expri-
 mit, mearum esse partium duxi, verba HERODIANI,
 prout in græco sonant, in medium proferre: “ Ζητεῖντων
 „ τῆς δρασαντας, μήτε δε εὐρεῖν μήτε ἀμυνάσθαι δυναμένων
 Quæ-

(a) Conf Rom. XI, 3.

(b) De phrasi integra & mutilata bene monet b. Aug. Pfeiff. thes.
 herm. c. 8. necessarium esse, ut hic bene distinguatur, cum
 fieri possit, ut aliqua vox phraseos eam habeat significatio-
 nem, quam a phrasi abstracta apud Ebraeos habet, ita ta-
 men, ut tota phrasis ebraica maneat.

(c) Annot. ex Plut. Aristophanis.

(d) Vind. pag. 353. 354.

Quærentibus auctores (cædis scilicet PERTINACIS) quos neque invenire neque ulcisci tamen poterant. NB. At vero hic non sumitur το ζῆτειν ex mente GEORGH pro scelerate & insidiosissime aliquem ad mortem quærere, de qua verbi significatione in præsentia sermo est, sed mentio tantummodo fit ejusmodi hominum, qui justo dolore affecti & præ mœrore valde confusi istos quærebant maleficos, qui Imperatorem PERTINACEM, senatui Romano & toti populo mirifice dilectum necaverint (*), ut in eosdem tantæ cædis & sceleris reos iusta constituerentur supplicia. Quæ cuncta jam ad significatum verbi ζῆτειν, de quo disquiritur, nihil omnino faciunt. Præterea nec significandi vis tantum in verbo ζῆτειν delitescit, ut vult GEORGIUS (**), sed in integra phrasi: quærere animam seu vitam alicujus. Qui dicendi modus longe disertius & significantius exprimit insidias vitæ alicujus paratas, quam simplex locutio: ζῆτειν τινα, pariterque rabiem insidiatoris, infensique & atrocis animi crudelitatem, qua nihil acerbius, nihil insidiosius, nihilque tam inexplebili cupiditate occidendi magis inflammatum dici potest, insigniter declarat.

B 3 Etenim

(*) Hist. Herod. lib. II. c. V. p. 78. coll. p. 81. dicuntur μόνοι δὲ δορυφόροι soli prætoriani milites Imperatorem suum PERTINACEM obrinasse.

(**) Vind. p. 353.

Etenim quum ζητεῖν τινα ad mortem non uno fumi possit modo, ut nuper ex HERODIANO supra indicavi, non mirum est, ipsos scriptores profanos græcos plerumque explanationis causa aliquid addere, quemadmodum in isto EURIPIDIS sermone, a cl. GEORGIO allegato: Ζητεῖσιν ἀδελφὴν, ὡς θάνη πετρῶμενη, quærunt eam, ut moriatur lapidata. Et denique, cum το quærere aliquem insidiosè ac nefarie ad mortem, nullo verborum contextu, & pleniori phrasi melius, significantius & exquisitius, sine omni ambiguitate, proponi ac exprimi possit, quam per το quærere animam alicujus, prout cum in Veteri, tum in Novo occurrit Testamento, in profanis vero auctoribus græcis integra hac phrasi, quæ tam prægnans & memorabilis est, non apparente, quid juvat, quæso, varia in oppugnando hoc tam disertò ebraismo quærere diverticula, variosque probationum circulos.

S. V.

Accedit præterea ad Ebraismum locutio illa *אֶתְּרָא*, 21. *עִסְרָחֶדָאִי וְכִי עִזְרָחֶדָאִי*, quæ munus publicum indicat, seu fungi publico munere, ut ex *Num. XXVII. v. 17.* plane evidens est: Jam vero apud profanos scriptores græcos phrasis hæc in ejusmodi nunquam occurrit significatione, quod post alios etiam largitur b. RAPHE-

LIUS

LIUS (*), tacente cel. GEORGIO in suis vindiciis, istamque locutionem consulo quasi relincente. Nec obstat & officit nobis, si forsitan respondeatur, eam a LXX. Interpretibus quoque esse adhibitam, cum in argumento, quod tractamus, nobis tantummodo quaestio sit de probatione ex profanis auctoribus Græcis, qui præstantissimi sunt & primæ notæ, non vero de LXX. Interpretibus, qui hic ebraica solum græcis expresserunt verbis, terminos insuper, *ἑισπορευεσθαι καὶ ἐκπορευεσθαι* (***) item *ἑισερχεσθαι καὶ ἐξερχεσθαι* promiscue in hac materia usurpantes.

S. VI.

Et denique, si græca lingua in genere considerata ebraïsmis, ratione originis, in civitatem græcam receptis copiose sit referta, quod nemo, neque ipse GEORGIUS, negat, quidni ideo Spiritui S., Apostolos afflanti, pro sua divina sapientia liberum esset, græcam imprimis N. T. dictionem pro re nata, postulante id cum maxime phraseos alicujus emphasi, etiam uno vel altero exornare ebraïsmo, cujus forsitan usus non apud profanos græcos reperitur, & quem eo ipso sine ulla linguarum permissione civitate pariter græca donavit, ut jam non profani græci scriptores græcæ litteraturæ
judices

(*) Annot. ex Polybio & Arriano p. 298.

(**) Dent. XXXI, 2.

21
22
23
24
26
9 27
10 28
11 29
12
13
14
15
16
17
18
19
20

judices sint, sed NB. ipse Spiritus S. in Novo Fœdere græce loquens. Et num ille, qui dedit linguas, & qui res ad verba, & verba ad res optime & scientissime accommodare novit, ad modum loquendi Scriptoribus profanis familiarem alligatur. Quotne reperiuntur alioquin in N. T. voces græcæ frustra huc usque apud profanos auctores quæsita, quotne insuper novæ vocum græcarum significationes, & phrasés sublimiores græcam linguam exquisite ornantes, ut arcte teneamus, græcam N. T. dictionem ipsius litteraturæ græcæ, ratione venustatis, eloquentiæ, & amplitudinis, optimam esse regulam, Spiritu sancto res & verba divino suo consilio atque auctoritate undique suppeditante.

S. VII.

Idem proinde judicium est quoque ferendum contra illos, qui græcam Novi Fœderis dictionem solocismi & barbarismi insimulare turpiter sustinuerint, quos inter principem fere locum sibi vindicavit Jo. CLERICUS, ob ejusmodi ineptias ab aliis Viris doctis jam pridem confutatus. Ceterum digna inprimis sunt, quæ hic apponantur verba eruditissimi TAC. HAJI HONERTI (*): Plerique, inquit, examinant eloquium Spiritus S. ad Rhetorum & grammaticorum præcepta, & quicquid in stylo N. T. græco non ad amuffim istis præ-

(*) Tom. I. Syntagm. diss. de stylo N. T. græco pag. 228. 229.

præceptis respondet, id statim pronunciant vitiosum & barbarum, cum Rhetorum præcepta ad Spiritus S. eloquium essent emendanda. Nemo in græcis paulo exercitior examinat DEMOSTHENIS, ISOCRATIS, aliorumque græcorum eloquium ad Rhetorum & grammaticorum præcepta, sed contra, præcepta illa expendit quisque ad stylum & eloquium DEMOSTHENIS, ISOCRATIS &c. quo artis præcepta magis magisque ad normam loquendi, quam præstantissimi illi Oratores tenuerunt, emendaret. Et paulo post: Quæ cum ita sint, quis non videt stylum N. T. græcum nullo jure ad Rhetorum & grammaticorum præcepta esse exigendum, sed, contra, artis præcepta ad stylum Spiritus S. emendanda &c.

Hicse perquam conveniens est & consentaneum, quod in Annot. Herodoteis cl. RAPHELIUS in medium profert, pag. 370 (*): Cur enim, si quid in profano scriptore

(*) Conf. pag. 530. annot. Herod. Neque quidquam puro tam abhorrens a communibus regulis ex sacris libris produci posse, cui non similia extent in profanis. Et ulterius p. 372: Puritas enim cujuscunque linguæ non ex communibus regulis, sed illorum exemplis judicanda est, qui optime ea lingua usi fuisse putantur. Et est sane hic quoque insignis usus profanorum scriptorum, quod eorum auctoritate isti refelluntur qui barbarismos, solecismos, aliosque orationis nævos in sermone N. T. reperiri statuunt; quod quidem fit etiam a viris quibusdam græce doctissimis non sine multorum offensione &c.

G

„ptore minus usitatum occurrat, nihilominus bene
 „græcum putem, in sacro non putem. Et quod ma-
 xime attentionem nostram meretur, quod vir clarissi-
 mus ibid. (*) pag. 462. sibi necesse esse duxerit, Hero-
 dotum ipsum ex Novo illustrare Testamento.

S. VIII.

Paucis igitur rem conficiam. Quemadmodum enim
 præstantissimos scriptores græcos, aliosque profanos
 auctores nemo facile accusat, ob quasdam inusitatas, qui-
 bus usi sunt, locutiones, quin potius, ut ingenti vene-
 ratione & observatione dignæ, ab omnibus fere avide
 accipiantur, ita non eadem tantummodo reverentia, sed
 longe major quoque, stylo Spiritus Sancti græco debe-
 tur, quum singulares hinc illinc in Novo Testamento
 protulerit loquendi modos, qui quia religiosum & val-
 de attentum requirunt animum, a nobis etiam accurate
 potius ponderentur & assidue, quam ut ad præcepta
 quædam imperfecta artis humanæ exigantur, & proh
 facinus! temere reprehendantur. Opportune, ut opi-
 nor, hic mihi in memoriam revoco monitum HENRI-
 CI STEPHANI (**), qui in verba Doctoris gentium ad
 Rom.

(*) pag. 462. 463. annot. Herod. Liceat, inquit, hic inversa ratio-
 ne Herodotum ex N. T. illustrare &c. *Και ἐπειτα θωμάζω
 εἰ μοι ἀπέρασι* rat partic. 194 1 Cor. V, 2.

(**) In præf. N. T.

Rom. XII, 3. μη υπερφρονειν παρ' ο δεει φρονειν, αλλά φρε-
νειν εις το σωφρονειν incidens, quid, inquit, in tota la-
tinitate est (addo, in litteratura græca) quo vel adum-
brari hæc elegantia possit? Nimirum si hæc venustas
in aliquo ex profanis auctoribus occurreret, ad cer-
nendum illam multi lynceos adferrent oculos, eam
vero in Apostolo non magis, quam si eadem, qua
HYPSEAS & TIRESIAS, cœcitate essent præditi,
cernunt.

S. IX.

Ad illustrationes rituum & antiquitatum, ad quas
in litteris sacris interdum alluditur, aliquid etiam utili-
tatis conferre monumenta scriptorum profanorum, de
hoc nemo ambigit. Sic v. g. ad Olympiaca certamina,
1 Cor. IX, 24 seq. Phil. III, 14. Et ad πανόπλιαν dimi-
cantium græcorum Ephes. VI, 11. 13. 14 seq. manifeste
alludi observamus (*). Deinde per το καλεσαι τας κε-
κλημενες Matth. XXII, 3. ad morem græcis receptum, qui
per κλητορα invitatos, ipsa demum cœnæ hora, cunctis
paratis, iterum vocandos curarunt, respici haud ob-
scure colligitur (**); Quemadmodum porro, quæ inter
ιματιών και χιτωνων, quorum mentio fit Luc. VI, 29. erat
differentia, ex græcorum apparere potest consuetudine,

C 2

apud

(*) Hom. Iliad. γ. & Jul. Poll. l. i. c. 10.

(**) Athen. Lib. VI.

apud quos ἱματιον seu φαρὸς pallium & superius vesti-
menti genus nominabatur, χιτων vero tunica, & vestis
interior (a). Similiter, quid 1 Theff. IV, 13. per verba illa:
ἵνα μὴ λυπηθεῖτε καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ, εἰ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα,
indicat doctor gentium, edocemur penitius, si varia
græcorum & detestabilia lugendi genera ponderaveri-
mus præsertim quo modo præ dolore maxillas hor-
rendis lacerabant unguibus, capillosque in luctu sibi
evellebant, quibus evulsis vel detonsis totum conte-
gebant mortuum, teste HOMERO (b) ita canente:

Θριξὶ δὲ παντὶ νεκρῷ κατακείνουσιν ὡς ἐπεβαλλόν
κείρομενοι

Quippe qui ibidem, Iliad. ψ, iusta exequiarum ΠΑΤΡΟ-
CLO soluta plenius describens mentionem quoque facit
virorum, canum, equorum, super funere isto promi-
scue crematorum (c), quibus tum superstitiosum ejus-
modi luctus spectaculum, tum ipsius mœroris, quem
immoderate ferebant, nimia magnitudo satis superque
significatur, præter alia quamplurima testimonia, pas-
sim in scriptoribus græcis obvia, quæ Ethnicorum ani-
mum certæ & beatæ resurrectionis spei expertem liqui-
do

(a) Jul. Poll. onom. l. 16.

(b) Iliad. ψ. v. 135. conf. Iliad. η. v. 15.

(c) ψ. v. 173. 174. & v. 242:

Ἐνεα τῶγε ἀνακτὶ τραπέζης κύνες ἦσαν
καὶ μὲν τῶν ἐνεβαλλε πυρὴ δὺο δειροτομήσας,
— καιοῦτ' ἐπιμῖξ' ἵπποι τε καὶ ἄνδρες.

do & aperte ostendunt. Quo praesertim quoque spectat illud, quod praedolore seipfos interdum interemerint (*).

S. X.

His de usu jam praemissis, progredior sine mora ad demonstrandum ipsum abusum. Aperitur hic quidem latissimus disserendi campus, si singula late & fuse persequi liceret. Quoniam vero id operae pretium non esse puto, sufficiet tantummodo ex multis & fere innumerabilibus pauca attingere exempla.

S. XI.

Clarissimus JACOBUS ELSNERUS, qui in observationibus suis sacris, plura librorum N. F. loca ex auctoribus potissimum graecis & antiquitate, exponi & illustrari posse contendit (**), varias interdum antiquitatis exquirat ambages, variaque utitur circuitione & anfractu. Incidens enim in verba Nicodemi Joh. III, 4. *πως δυναται ανθρωπος γεννηθηναι γερονων; μη δυναται εις την κοιλιαν της μητρος αυτης δευτερον εισελθειν, και γεννηθηναι* provocat ad diversa antiquitatis genera, nimirum jam ad illud, quod OPPIANUS affirmat de cane marina, "quaecatulofuos imminente periculo in uterum reci-

C 3

pit,

(*) Conf. Feith. antiq. Hom. L. 3. pag. 291.

(**) Sic docet Inscriptio observ. Tom. I.

„pit, quos emittit rursus periculo defunctos, &c. jam porro ad ritum aliquem græcorum, ubi eos, qui temere diem suum obiisse crediti essent, per sinum muliebris stolæ demittebant, & denuo natos esse dicebant (*), quod ultimum ex Hesychio in primis probat. Ceterum quid, quæso, faciunt hæc omnia ad exponendum vel illustrandum verba Nicodemi, qui cum sanctissimi servatoris verba de generatione spiritali v. 3. non intellexit, & generationem hominis naturalem de novo fieri non posse judicavit, tandem ab impossibili ratiocinari est exorsus: Quomodo potest homo, qui senex est, nasci, num potest in uterum matris suæ secundo introire & nasci? Quibus Nicodemi verbis sic simpliciter prolatis nihil allusionis inest, quod aliquam vel cum Oppiani nugis, vel cum ritu antiquo, quem commemorat Hesychius, cognationem habeat.

S. XII.

Idem vir celeberrimus verba, quæ Jo. V. v. 19. occurrunt: *ἔδυναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἅφ' ἑαυτοῦ ἔδεν, εἰάν μὴ τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιεῖντα*, &c. illustraturus, multa ex ARISTIDE (***) fabulose tradita in medium profert de tali operum consiliorumque communitate Minervæ cum Jove. Et postea: Genitam, inquit, a Jove Minervam

(*) Observ. pag. 300. t. I.

(**) Hymn. in Minerv. p. 18. Quæ ipsa allegatio est Elsn. p. 307 seq.

nervam esse satis ex aliis constat; NB. *accurate autem* “
 ARISTIDES pag. 17. (*) *de Minerva dicit*: τῆ πάντων “
 θεμικρυα καὶ βασιλεῶς παῖς ἐστὶ μὴν ἡ μὸν, *Universi* “
auctoris atque Regis unica est unius filia, nempe quia “
 CHRISTUS est υἱὸς ὁ μονογενὴς DEI &c. præter plura “
 alia ibidem uberius allegata, quæ jam enarrare nec va-
 cat, nec expedit. Etenim quis non videt, hoc omne
 recitare idem esse ac confutare. Et, quamvis clarissi-
 mus ELSNERUS haut inepte indicat (ibid. pag. 308):
 Profanos, ut invalescenti Christianismo eo fortius sese
 opponerent, fabulis suis de Diis mysticum subjecisse
 sensum, quod a Tertulliano quoque alicubi observatum
 meminit, atque ea Diis suis & Minervæ inprimis tri-
 buisse, quæ de Christo prædicarunt Christiani; quem-
 admodum ex Aristidis hymno id ipsum ostendit: Nihi-
 lo tamen secius ad exponenda & illuminanda sanctioris
 scripturæ loca inprimis de mysterio Patris & Filii, ut
 vocatur Col. II, 2. fabulæ istæ nihil conferunt.

Sunt Apinæ Tricæque & si quid vilius istis: ut alio-
 quin loquitur Martialis, id est res futiles & nugatoriæ,
 unde non nisi contortulæ & minutæ derivantur conclu-
 siunculæ, ut verbis quoque utar Ciceronis, omnis sane
 perturbationis & confusionis plenæ. Quippe quæ, si
 speciatim ad illustrandum mysteria Dei inconsulte pro-
 feran-

(*) ibid. l. c.

ferantur, facile præter opinionem possint efficere, ut hinc apud multos, quorum mens & conscientia inprimis est polluta, diviniore vilescent litteræ. Rejice, inquit, ideo Doctor gentium Timotheo suo, 1 Tim. cap. IV, 7. profanas & aniles fabulas (*) & exerce remetipsum potius ad pietatem. Quibus congruum est illud Petri, 2 Petr. I. v. 16. Non enim arte compositas fabulas (**), secuti notam vobis fecimus Domini nostri JESU CHRISTI potentiam & adventum &c.

Quæ Apostolorum monita sancte & serio prohibent, fabulas, vel loco doctrinæ Evangelii, vel ad mysteria ejusdem exponenda, admittere. Etenim veluti de firmiis dicit Philosophus, earum pulcherrimam esse deformem, idem quoque accidit fabulis, quum nimirum, ut sæpe monui, ad sacra accommodentur oracula de Christo explananda. Ceterum, ut redeam ad verba ex Joh. V, 19. supra allegata, testatur sanctissimus Servator hunc in modum: *Non potest Filius operari a semetipso, nisi viderit Patrem operantem* &c. Videlicet non ratione ἀδυναμίας, impotentia & defectus, sed ratione unius ejusdemque majestatis, scientiæ, potentia & auctoritatis, tanquam Patri

(*) τὰς βιβλικὰς καὶ γραμματικὰς μυθολογίας ἀπορρίπτει

(**) ὅτι σοφιστικὰς μυθολογίας ἐξῆκολαθησαντες ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τῆς Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύναμιν καὶ παρουσίαν

Patri æqualis, quasi dixisset: Ratione divinæ naturæ, una & communis est essentia Patris & Filii, Joh. X, 30. conf. i Joh. V, 7. una voluntas, ergo & una eademque operatio; Non potest igitur a Patre SEORSIM agere Filius, qui est ὁ μονογενὴς υἱός, Unigenitus Filius Patris, in sinu ejus ab æterno Joh. I, 18; Unigenitus ille, in quem credendum est ad salutem, Joh. III, 16. conf. Joh. XIV, 1. Joh. XII. v. 44. qui cum Patre (ἐν) unum est. Ἐγὼ καὶ πατὴρ ἐν ἑσμέν. Joh. X, 30. nempe essentia, majestate & omnipotentia divina. Et hoc ipsum jam ex ipsis Litteris sacris demonstrasse sufficit, quum illa, quæ ex fabulis de Jove & Minerva proferuntur, huc non spectent, nec aliquid lucis conferant, nisi ut videamus confusas quasdam scriptorum Ethnicorum ideas, qui ea, quæ dixerint, non intellexerunt, multo minus de quibus asseverarunt.

S. XIII.

CHRISTIANUS BRUNINGS, vir admodum modestus, ut ex præfatione libri ipsius de Antiquitatibus græcis apparet, in qua se nullo vanæ gloriolæ & κενοδοξίας desiderio teneri fatetur, in bene multis antiquitatibus exhibendis sedulo quidem & feliciter est versatus, præsertim ubi ritus græcos sacris contrarios produxerit; At vero, cum applicationis fabularum ad mysteria Sa-

D

cro-

cro-sancta subinde perquam tenax fit, non potest non
 ejusmodi licentia fieri intolerabilis. Sic enim v. g. inter
 „ alia fatur : Quæcunque etiam de Pallade narrant fabu-
 „ læ, sapientiæ divinæ recte accommodari possunt. Nam
 „ Palladis ex cerebro divino generatæ origo, quid aliud,
 „ quam cœleste & divinum veræ sapientiæ principium
 „ pandit? Notatu digna sunt Callimachi verba in hymno
 „ in Pall. v. 134. μητηρ δ' ἔτις ἐτιμῆε θεαν, ἀλλὰ Διὸς κο-
 „ ρυφῆ. Mater Deam nulla genuit, sed Jovis vertex (*).
 Et in subjunctis notis addit, pie hæc ad æternam DEI
 „ sapientiam, Christum sc. referri posse, qui a Patre ab
 „ æterno genitus Prov. VIII, 22. ἀμητωρ matre carens
 „ dicitur. Ebr. VII, 3. Ulterius (**): Eadem (nempe
 „ Pallas, seu Minerva) perpetuam tueri virginitatem per-
 „ hibetur, quæ cœlestem & purissimam virginem decet.
 Et in notis : lit. b. — Convenit hæc virgineæ puritatis
 „ opinio, quam de Pallade foverunt veteres, cum cœ-
 „ lestis sapientiæ encomio, quod exhibet Jacobus Apo-
 „ stolus cap. III, 17. ἡ ἀνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἀγνή ἐστίν,
 „ sapientia cœlitus genita primo quidem casta est. Nem-
 „ pe Christus, omnis sapientiæ fons, omnis impuritatis
 „ expers est. &c. Ut taceam plures alias comparationes,
 ibidem pag. 157. inter Christum & Minervam institutas.

Cete-

(*) pag. 154. antiqu. græc. e Profanis sacrarum.

(**) ibid. pag. 155. 156.

Ceterum, quid de fabulis ad Myſterium Patris & Filii accommodatis cenſendum ſit, ſupra dixi, quod nempe prorfus omnino nihil illuſtrent, cum ſint confuſæ profanorum ſcriptorum ideæ, nugæ, & quiſquilæ, in animos proborum, nullum inferentes lumen, nihil veræ & piæ reverentiæ, nihilque devotionis, erga ſacro-ſanctum myſterium, quin potius ipsis veritatis diviniæ hoſtibus, ſive apertis, ſive occultis, anſam illudendi, & irridendi in ejusmodi ſic dictæ illuſtrationis negotio præbere queant. Sed age nunc, κατ' ἀνθρώπων diſſeramus, & maneamus pauliſper in inveſtigandis fabulis iſtis, ut ſic eo melius prætenſæ comparationis inutilitas ſummaque oſtendatur levitas. v. g. Quando ſacræ litteræ commemorant, Patrem in Trinitate eſſe non genitum, ſed Filium gigni a Patre, nimirum ἀχροῦς ſine tempore, ἀχωριſτως ſine diſiſione ἀπατος ſine paſſione, ita ut ſit expers principii & finiſ hæc generatio vere divina, quæ a nobis neque mente & cogitatione comprehendere, multo minus verbis exprimi poteſt, ipſamque eſſentiæ communicationem indicat. Pf. II, 7. Mich. V, 1. Prov. VIII, 22. 23. Ebr. I, 3. 5. Ebr. V, 5. &c. Tunc apud profanos ſcriptores deſcribitur Jupiter, tanquam ſummus Deorum, e vertice ſeu cerebro ſuo genuiſſe Minervam; jam vero, quod primum notamus, ipſe Jupiter quoque, in fabula dicitur eſſe genitus, cujus Pater erat Saturnus,

D 2 dictus

dictus ideo Jupiter Saturnius, Iliad. ε. 419, imo a Junone aliquando apud Homerum (a) vocatus Deorum maxime dolosus & fraudulentus:

Τις δ' αὖ τοι δολομητα θεῶν συμφρασσατο βελας.

Et hic Jupiter jam, qui modo Rector cœli, & Deorum primus, modo, ut memini, inter Deos reliquos dolose & malitiose agens commemoratur, Minervam, quæ & Pallas dicitur (b), ex suo genuit vertice, Sed qualem? filiam dementem, perniciosam, pestiferam, inobedientem, veluti apud Homerum a Marte describitur, Iliad. ε. ut mox infra uberius probabo. Quæ igitur fabula non magis cohæret, quam altera illa de raptu Gamedis per eundem Jovem specie Aquilæ indutum (c), ut nunc nihil dicam de morte Jovis, quam contigisse nonnulli ex profanis narrant scriptoribus, licet alii, ut Callimachus & plures, eum semper permanere contendunt. Breviter & summatim: In suis fabellis commentitiis scriptores isti profani valde delirant, res infirmas & nugatorias effutiunt, ac ignorant ipsi, quæ dicunt, in primis cum de Deorum suorum loquuntur mysteriis. Quod deinde attinet ad perpetuam Palladis seu Minervæ virginitatem, quam supra audivimus accommodari ad
Chri-

(a) Iliad. A. 540.

(b) Iliad. ε. V. I. — πᾶλλας Ἀθηνῆ.

(c) Tanaq. Fab. de futil. Poet. pag. 16.

Christum omnis sapientiæ fontem, omnisque impuritatatis expertem, pariterque speciatiim applicari ad illustrandum dictum Apostoli Jacobi cap. III, 17. Sane, hæc omnia absona sunt, & minus convenientia. Etenim, quid, quæso, applicationis inter Minervæ virginitatem castam, & inter sanctissimum Servatorem Christum intercedere possit, qui in diviniore litteris multifariam modo glorioso describitur, tanquam summus noster sacerdos, tentatus quidem in omnibus, sicut nos, sed sine peccato. Ebr. IV, 15. Qui non peccavit, nec inventus fuit dolus in ore ipsius. 1 Petr. II, 22. Cujus vidence sanati sumus. ibid. v. 24. Quem, cum non novit peccatum, DEUS quidem peccatum pro nobis (sc. imputatione) fecit, ut nos efficeremur in eo justitia DEI, (quæ valet coram DEO. 2 Cor. V, 21.) At vero, quid narrat fabula de Minerva? num, quia ob castitatem commendatur, ideo sine aliis vitiis & omni flagitio quoque a profanis celebratur scriptoribus? Minime! Qui modo versati sunt in sola Homeri lectione, quid turpitudinis Minervæ hic tribuitur, *confestim & abunde cognoscent*; Nimirum describitur a Poeta, (I.) ut mordax, quæ una cum Junone, mordacibus verbis Jovem irritavit Saturnium (*).

D. 3. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200.

(*) Iliad. E. v. 415. p. 116. m.

Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρα
Κερτομοῖσι ἐπέεσσιν Δία Κρονίδην ἐρεθίζον

Imo (II.) quod adhuc majori attentione dignum, in oratione, qua ibidem (*) Mars, flebili gemitu, & voce perquam lamentabili JovEM alloquitur, MINERVAM accusans, quod hujus ipsius opera DIOMEDE fuerit vulneratus, appellatur demens, perniciofa & inobediens filia Jovis:

Σοὶ πάντες μαχομεθα, σὺ γὰρ τέκες ἀφρονά κευρη
ὄυλομένην, ἥτ' αἰὲν ἀήσυλα ἔργα μεμηλεν.
Ἄλλοι μὲν γὰρ πάντες ὅσοι θεοὶ εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ,
σοὶ τ' ἐπιπειθόνται καὶ δεδμημέσθ' ἀκάστος.
Ταύτην δ' οὐτ' ἐπεὶ προτιβαλλεαί, οὔτε τι ἔργα,
Ἄλλ' ἀνείεις, ἐπεὶ αὐτὸς ἐγένεο παῖδ' ἀίδηλον.

Tua gratia omnes pugnamus ; Tu namque genuisti dementem filiam, Perniciosam, cui semper iniqua opera curæ sunt. Alii enim omnes, quotquot dii sunt in olympo, Tibi obediunt, & subjecti sumus, unusquisque, Hanc autem (Minervam) neque verbo coeres neque facto, Sed indulges, quoniam ipse genuisti filiam pestiferam.

Tandem quoque ad vindicandum verum & genuinum sensum verborum Apostoli Jacobi cap. III, 17. me confesso:

(*) Ibid. Iliad. ε. v. 875. sequ. pag. 134. m. v. 3. b. III (*)

ρο: ἢ δὲ ἀνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἀγνή ἐστίν. &c. Ex sco-
 po enim & contextu Apostoli evidens est & manifestum,
 hic non sermonem fieri de sapientia hypostatica, ipso
 DEI Filio & Christo, ut vult Bruningsenius, sed de sa-
 pientia ex verbo DEI hausta, quæ est sapientia superne
 & divinitus data Joh. VI, 45. 2 Tim. III, 15. & dicitur
 primum quidem, (seu ante omnia) pura vel casta, &
 spiritualis, I. in oppositione ad sapientiam illam, de qua
 mentio fit, v. 15. præced., quod non sit superne descen-
 dens, seu donata desuper, sed terrestris, animalis, dæ-
 moniaca, id est, vana, ex vitio corruptæ carnis, atque
 Diaboli seductione orta, valde impura. II. vocatur sa-
 pientia illa divinitus data deinde pacifica, æqua, obse-
 quens, plena misericordiæ & fructuum bonorum, sine
 disceptatione, sine simulatione, ibid. v. 17. Contra ve-
 ro, ut ex contextu Jacobi apparet, ubi invidia amara &
 contentio radices in corde fixerint, v. 14. præced., ibi
 committitur mendacium contra veritatem, ibid. v. 14.
 atque enascitur confusio, perturbatio, & omne pravum
 opus, ibid. v. 16; Quæ ipsa, jam sunt fructus sapien-
 tiæ illius, quæ non a DEO, sed a corrupta carne, at-
 que vanitate mundi, accedente Diaboli fraude & malitia,
 provenit. En igitur, quam venuste propriis lucent ra-
 diis sacræ litteræ, & seipsas exquisite exponunt; Adeo
 ut hinc jam exulet pulchra illa & Cælia Minerva cum
 sua

sua in fabulis ficta castitate ac perpetua virginitate, quæ huc non spectat; Et cogitent simul ejus amatores, ipsam in aliis quoque fabellis valde sordidam & deformem depingi, prout supra ex ipso Græcorum Poetarum Coryphæo, HOMERO nempe, fuscè demonstravi & luculenter.

S. XIV.

Ne vero in hac materia, de antiquitatum abusu exhibendo, nimium longus sim, dico denique, neminem, qui vult mentem Apostoli rite assequi, cum cl. ZORNIO (*) aliisque facile sibi persuadere posse, verbis istis, quæ ad Gal. III, 3. habentur: *ἐναρξάμενοι πνευματι, νυν σαρκί ἐπιτελειοθε*; a doctore gentium ad sacra Græcorum, speciatimque ad mysteria Cereris tacite alludi, ut *οἱ ἐναρξάμενοι* essent *μυσαι*, *οἱ ἐπιτελεσμένοι*, *ἐποπται*. Etenim, quod, I. ad ista paganorum sacra attinet, certum est, hæc ipsa, quæ dicuntur Eleusinia, Græcis, præsertim Atticis, veneranda quidem fuisse mysteria, alia minora & Proserpinæ (**), alia majora & Cereris, ut illorum essent Mystæ, horum vero Eoptæ, sed maximam tamen partem pariter quoque obscæna, quod varii discrete indicarunt scriptores, THEOCRITUS, PLUTARCHUS, THEODORETUS, MACROBIUS, &c. quos allegat

(*) Tom. I. Opusc.

(**) Alii scriptores volunt sacra minora in gratiam Herculis fuisse instituta.

gat celeberrimus Jo. PHILIP. PFEIFFERUS (a), tanquam describentes Cereris & Jasionis cujusdam libidinem, imo Jovis cum Cerere matre & Proserpina filia concubitum, nec non quomodo ipsæ Eleusiniæ DEÆ habitu aliquando meretricio ante apertum lupanar ludere visæ fuerint, &c. ita ut turpitudinem istorum sacrorum in multis etiam ARNOBIUS contra Ethnicos disputans (b), ipsis vehementer exprobraverit, provocans ad libros THREICII vatis, (quos ipsæ gentes prorsus divinæ esse antiquitatis narrant) addendo, ne quis forte hominum se calumniari improbe suspicetur (c). Unde jam, II. satis superque liquidum est, quam absonum & alienum sit dicere, Apostolum his alioquin notissimis loquendi modis, de τω incipere & perficere, huc alluisse. Etenim, ne violentam quidem applicationem hic locum invenire posse, is facile intelliget, qui modo penitius ponderaverit, attica Cereris sacra, κατ' ἐξοχὴν μυστηρια dicta, nulla re magis, quam silentio fuisse commendata, de quibus ne quicquam percontari fas erat, & quæ velut ἀρρητα ἱερα, non dicenda sacra, Aristophanes in Nebulis describit. Jam vero cum ipsis Christia-

E norum

- (a) Libr. I. c. XLIII. antiqu. græc. gent. p. 108. 109. conf. pag. 103.
 (b) Libr. V. pag. 205. 206. 207. conf. præc. p. 203. 204.
 (c) Ibid. apud. Arnob. p. 207.

norum sacris longe aliter comparatum est, ut nempe ea
 omnibus cujuscunque generis & conditionis hominibus
 annuncientur atque diserte & sapissime exponantur, ad
 salutarem effectum, mutuamque ædificationem. conf.
 Ebr. X. v. 22. 23. 24. Quid ergo, III. clarius & signifi-
 cantius dici potuit his ipsis, quibus Doctor gentium
 suos arguit Galatas, verbis, tam dolorem quam indi-
 gnationem justam præ se ferentibus: *ὅτως ἀνοήτοι ἐσθε,*
ἐναρξάμενοι πνευματι, νυν σαρκι ἐπιτελειθε. Adeo amen-
 tes estis, incipientes Spiritu nunc carne perficere vultis;
 quasi dixisset: quum ductu Spiritus S. huc usque cre-
 dideritis Evangelio vobis prædicato, & fide exceperitis
 JESUM CHRISTUM (conf. præc. v. 2. sq. & 5.) ad justi-
 ficationem & salutem, nunc ductum & suasionem car-
 nis seu corruptæ naturæ certo quasi animi consilio, &
 constante voluntatis propensione, penitus sequi cona-
 mini, justitiam ex lege frustra quærendo, conf. cap. II.
 v. 21; O amentiam insignem! O stultum consilium!
 Quis vos, o Galatæ, ita infatuavit.

S. D. Gl.

ADDI-

ADDITAMENTA.

I.

Aποδείξις δυναμειω I Cor. II, 4. non indicat, ut nonnulli contendunt, patrationem miraculorum (etiāmsi δυναμεις subinde in scriptura Sacra N. T. miracula significant, veluti Matth. VII, 22. Ebr. II, 4. & alibi) nec phrasis HERODOTI, ΑΠΟΔΕΞΙΣ έργων μεγαλων, facultas res magnas, nempe bellicas, perpetrandi (*), hic aliquid lucis conferre potest. Etenim in modo dicto loco institutum Doctoris gentium est, ut ostendat oppositionem illam, quæ intercedit inter αποδειξεις profanas græcorum Rhetorum, Dialecticorum, & Sophistarum (**), atque inter ipsam αποδειξιν verbi DEI sanctam & vere efficacem, ut quemadmodum illæ in verbis tantum speciosis, fucatis, argutulis &

E 2 sub-

(*) Vid. Raph. annot. philol. ex HERODOTO collect. pag. 457.

(**) ERASM. tom. VII. Crit. Angl. p. 954. m. Rhetores, inquit, αποδειξεις vocant orationes, quas ostentandi ingenii gratia recitant auditoribus, quod genus, extant aliquot LUCIANI & APULEJI.

subtilibus consistebant, veluti ventosa semper erat græca natio, ita contra, ἀποδείξις divina, quæ in prædicatione Evangelii sese exferit, & v. 4. ibidem ratione sui principii dicitur ἀποδείξις πνευματος, & ratione suæ spiritualis potentia ad convertendum animas vocatur ἀποδείξις δυναμειως, non in vano verborum consistit strepitu, aut inani eloquentia & dictis phaleratis, quibus Oratores Græci crebro utebantur, quorum stultitiam ideo sæpius quoque in hoc contextu latenter pungit Apostolus, cum v. g. vers. 1. dicit: ἦλθον ἔκαστος ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας. vers. 4. καὶ ὁ λόγος μὲν καὶ τὸ κηρυγμα μὲν ἔκ ἐν πειθοῖς ἀνθρώπινης σοφίας λόγοις. vers. 12. ἡμεῖς δὲ τὸ πνεῦμα τῆς κοσμοῦ ἐλάβομεν. vers. 13. εἰ καὶ λαλοῦμεν, ἔκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρώπινης σοφίας λόγοις, &c. Sed consistit in Spirituali & potente efficacia, qua cor convincitur per prædicationem Evangelii, cujus verba dicuntur ideo λόγοι διδακτοῖς τῆς πνευματος ἀγίας, ibidem v. 13, ut hinc homo fidem concipiat, credens in **JESUM** crucifixum; Quare etiam in antecedentibus

tibus post versum quartum, mox additur v. 5.
*ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει
 θεῶν.* Ut fides vestra non sit in sapientia ho-
 minum, sed in potentia DEI, id est, ne fi-
 des vestra nitatur acumine & subtilitate hu-
 manæ sapientiæ, aut argumentis eloquentiæ
 humanæ persuasoriis, sed unice potente DEI
 gratia, quam in Evangelio offert, & quam
 Spiritus S. in salutari prædicatione animis ho-
 minum non contumaciter repugnantium ap-
 plicat, ut illuminentur, resipiscant & cre-
 dant. Diserte igitur non tantum Evangelium
 appellatur *δύναμις θεῶν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πισεύοντι,*
 potentia DEI ad salutem omni credenti
 Rom. I, 16. Sed etiam ipsa potens & efficax
 DEI gratia vocatur *δύναμις* 2 Cor. XII. v. 9;
 Et in hoc sensu denique cum fide conjungi-
 tur, 1 Petr. I, 5. *τὰς ἐν δυνάμει θεῶν φερούμενας διὰ
 πίστεως.* &c. Adeo ut ex cunctis supra allatis
 manifeste appareat, Doctorem gentium va-
 nis & subtilioribus oratorum græcorum argu-

E 3

men-

mentis inani persuasione sapientiæ & eloquentiæ profanæ turgescantium, 1 Cor. I, 22. opponere ipsa spiritualia & ad salutem vere efficacia argumenta, quæ in sapienti prædicatione Evangelii, per Apostolos facta, divinitus eluxerunt.

II.

Forensis significatio verbi *δικαιῶν*, deficiente etiam Græcorum scriptorum testimonio, ex solo cognoscitur contextu ad Rom. VIII, 33. 34. ubi aliis, quibus ibidem occurrunt, forensibus adjungitur verbis, v. g. *ἐγκαλεῖν*, *δικαιῶν*, *κατακρίνειν*, *ἐντυγχάνειν*. Si hoc jam apud animum cogitaverit cl. JO. CONR. SCHWARTZIUS, vix in præf. comment. linguæ græcæ pag. 3. „ita scripisset: Si *δικαιοῶ*, justum judico, „sententia mea justitiam alicui tribuo, &c. „apud scriptores græcos hanc potestatem „nunquam haberet, NB. vacillare fortasse
fides

fides eorum videri posset, qui fidēi justitiam sapienter & fortiter propugnarunt.“

III.

Etiam si το παραβλεπειν, cujus mentio fit Philipp. II, 30. in scriptis profanorum Græcorum non reperiatur, facile tamen & diserte ex ipsa græcæ linguæ analogia explanari potest.

F I N I S.




Etiam apparet & fortiter progredere
ad hoc quod dicitur in libro 1o

III

Etiam in libro 1o in tempore profanorum
coram non reperitur, facile tamen & de
tote ex ipis grecis analogis ex
planari potest.


F I N I S





Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is too light to transcribe accurately.





61

... quibus subinde inferuebant pra. meris notis cri-
pia quadam meditatione) *Grammat.*, §. 1. pag. 5.

§. LXXVIII.

... testimonia recentiora tantae liti derimen-
ciunt. Nam EPHODAEVS, teste BVX-
biograph. Rabbinica ad פתח דאורייתא pag. 133. vi-
IV. circa annum 1394. post Christum na-
BANEL autem saeculo XV. circa annum
... natus, & sub initium saeculi XVI. cir-
... 08. vel 1509. Venetiae denatus est, teste
Histor. Eccles. N. T. Tom. IV. ad Saec. XV. Cap.
... HOTTINGERO in *Histor. Eccles. Saec. XV.*
... nostro, dum viueret, ornamento Acade-
... cianae b. MAIO F. in *Dissert. de origin. Vit.*
... RBANEL. BARTOLOCC. in *biograph. Rab-*
... HENRICO IACOBO VAN BASHVY.
... at. R. ISAACI ABARBANELIS *Commen-*
... teuchum MOSIS praemissa. Et *Collectio-*
... Lipsi. ad annum d' b' l' c' lxxxvi. pag. 529.
... n, testibus Chronologis, circa annum ab
... 3435., conf. MARCI ZVERII BOXHOR-
... ia pag. 13. seqq. ABRAH. BVCHOLZERI
... gicus p. 32. Igitur inter *Efram & Ephodaeum*
... Mille & octingenti; inter *Efram & Abar-*
... & nongenti anni, intercesserunt.

§. LXXIX.

... AEVS & ABARBANEL non sunt testes o-
... BRAS & Viri Synagogae Magnae figuras vo-

H 3

Quando Epho-
daeus Abarba-
nel, & Elias
vixerint.

supl. non ma-
... imp. in un-
... illor. ibi-
... tae

Ephodaeus &
Abarbanel non
sunt testes ocu-
lati,